

Thomas Lindemann

Programma Quo ad Funereum sacrum, quod ... Curadus, Huswedelius, liberalium artium Magister, & divini verbi ad. D. Georgium minister, viduus moestissimus, Matronae ... Coniugi ... Annae Berends, paratum expetit, Omnes omnium ordinum cives Academici officiose invitantur

Rostochii: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771562829>

Druck Freier  Zugang



5
Lindemann, T.,
in A. Berends,
uxor. C. Huswedel.

Rost. 1626.

PROGRAMMA

Quo
ad

Funereum sacrum;

quod

Reverendus & Clarissimus

CUNRADUS HUSWEDELIUS,
liberalium artium Magister, & divini verbi
ad D. Georgium minister, viduus moestissimus,

Matrona lectissima, conjugii sui desideratissima,

ANNÆ BERENDS,

paratum expetit,

Omnes omnium ordinum
ves Academici officiosè invi-

tantur,

P.P.

RECTORE

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,

THOMA LINDEMANO, J. D.

& Professore.



ROSTOCHII

Excudebat JOACHIMUS PEDANUS,
ANNO M. DC. XXVI.

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
THOMAS LINDEMAN, J. D.

& Professor.

Mactationes hominum cruentas in
Gentilium delubris festis solemnibus
Et imprimis funeris sacris peractas,
Et vel Molocho, vel Plutoni, Proser-
pina, vel Mania similive Deastro
dicatas, Romanos singulari Scito, tempore Q. Mu-
tius Scævola publicato sub gravi pœna severe prohi-
buisse accepimus. illas enim omni effectū expiationis
destitui, ipsiq; natura adversari soliq; natura luce in
mediis superstitionū tenebris agnoverūt. In sacris
tamē pandectis Isaacii immolatio à Jehova precepta,
Et agni Paschalis mactatio celebrata, sub utriusq;
typo Salvatoris Et Redemptoris nostri pro peccatis
nostris oblatio, Deo grata, nobis salvifica Et vivi-
fica extitit. Siquidem haud secus ut sanguine hu-
jus agni postes Iudaicarum adium tincti, ab Ange-
li trucidantis acinace mortifero tuti fuerunt, ita pa-
rietes cordis nostri agni nostri veri cruore sancto
conspersi adversus mortis Et inferni catapultas, a-
rietes, Et ballistas fortiter consistunt. Admiran-
dum plane hoc immolationis sacri Iudæi ritibus gra-
phicis adhibitis quotannis recolebant: Agnum ma-
cta-

Etabant, eundem non crudum sed benè coctum ve-
 nibus cincti, baculis instructi, & festinantes come-
 debant. Agnus Paschalis, igne amoris percoctus,
 pro nobis immolatus est Christus: quo qui frui ex-
 petunt, eos non in hujus mundi tricliniis cubare, sed
 renibus cinctos, baculis verbi divini innitentes, ex
 hocce gurgustio in caelestem patriam festinare oportet.
 In veteri Paschate fermentum erat expur-
 gandum, utendumq; panibus azymis: nobis expur-
 gandum est non Physicum, sed mysticum, antiquum,
 & maleolens fermentum κακίως ἢ καὶ πικρίας, εἰς, sur-
 rogandi azymi ἄλκευσις ἢ ἀλγεία. Singulare o-
 minino & Hieroglyphicum arcanum est, quod agno
 Paschali amara lactuca adposita, iisq; dulcoris &
 mœroris, Angerona & Voluptas, in eadem arâ con-
 stitutarum & ligatarum, perpetua conjunctio de-
 notata fuerit. Ad hoc convivium Paschale ἡλικίαν
ἡλικίαν, Reverendus & Clarissimus Vir, CONRADUS
 HUSWEDLIUS, ad D. Georgium Ecclesiastes fi-
 delissimus, dum alios voce praconiâ invitât, ipse
 à leborâ invitatur, & lactucâ hacce amarâ lau-
 tivius Paschalibus mixtâ vesci cogitur. Consorte
 namq; thori conjugalis optatissimâ, ANNA BERENDS,
 privatus, eandem acerbissimè quidem luget, & ve-
 ritatem vulgati versiculi:

Non dolor est major, quamquam violentia mortis
 Unanimi solvit corda ligata manu,

secundâ nunc vice, proh dolor, experitur. Nata
 autem est ~~rege~~ nostra ANNA BERENDS, Anno

A 2

1603.

1603. 17. Jan. parentibus in hac urbe honestissimis,
patre viro spectatissimo, ARNOLDO BERENDS, civē
hujus urbis quondam primario, & matre, matrona
matronalium virtutum decore conspicua, ANNA
HAVEMAN, nunc secundo matrimonio, viri integer-
rimi, ERNESTI SIBRANDI, nostro ordini fautoris exi-
mii, uxore. Ab hisce parentibus in timore Domini
piē defuncta educata, in scholis puellaribus artes,
quas ingenuam puellam scire æquum est, celerrimē
addidit, & præeunte matre in virtutum stadio
tantos gradus fecit, ut nulla earum quæ virginis aut
corpus faciunt, aut superficiem colorant, in eā dese-
rata fuerit: Unde adultior plenisq; nubilis annis
facta, procos non amatoris philtis, uti Lucilia quō-
dam, sed nigricantibus oculis ἐλκώπηδ. Veneris æ-
mulis, nil nisi virtutem castumq; amorem spiranti-
bus sibi concilia vit, inter quos illa non Narcissum
aliquem calami stratum, vel Mavortis pullum, sed
summi induperatoris legatum & militem, M. CUN-
RADUM HUSVEDELIUM delegit, nec naufragium ma-
ritale, quod cum prima conjugē is, jucundissima con-
juge, CATHARINA WESTPHALA, i. e. Reverendi viri
Dn. M. JOACHIMI WESTPHALI, Rostochiensium
Superintendentis filia, passus ante annum fuerat,
extimuit, sed eidem Anno 1623. 27. Jan. felici con-
jagali nexu copulata virtutes, quas cum lacte mater-
no quasi suserat, multis experimentis exseruit: cum
Phi-

Phidiaca namq̄, Venere cohleā institit, cum Laca-
nis & Chincensibus domi se continuit, famam non
formam publicè notam esse voluit, oculos nunquam
à marito deflexit, & cum Armenia Tygranis con-
juge alieni mariti formam penitus ignoravit: Nec
amatorum delusionibus delectata, ut Penelope; non
in subsefforis gremio resedit, ut Clytemnestra: sed
castitati votum dictum devotè servavit. Insuper
Imperium in maritum non affectavit, sed cum eo in
tanta animorum conjunctione vixit, ut crederes u-
nam mentem in duobus fuisse divisam corporibus.
Consensus tantus inter eos fuit, ut ludus præ eo sit
turturum, quæ in proverbium transit, concordia,
ut nec major inter Pomponium Atticum ejusq̄, uxore,
quæ tantopere extollitur, animorum conspira-
tio esse potuerit, nec viriplacæ fanum unquam ingre-
di opus fuerit. Callimachi, impiam doctrinam sta-
tuentis, idèd minervam capite Jovis non matre na-
tam esse, quod in sequiorem sexum non caderet sa-
pientia exemplo suore & facto, redarguit & refu-
tauit: illa namq̄, molem rei domesticæ seu Atlas
sustinuit, direxit, maritum meditationibus sacris
occupatum omnibus curis liberauit. Nec verò a-
mor hicce tam syncerus conjugalis sine fructu exti-
tit. Quin potius ANNA nostra Anno 1624. 9. Aug.
maritum suum filia casti amoris obside beavit. Di-
gna hæc erat, quæ Colchidos herba vesceretur, & a-

viteritate potiretur, sed uti hocce vernali tempore
flores nonnullos vere novo subito efflorescere & sta-
tim flaccessere, nonnullos in aestatem, autumnum,
brumamq; durare cernimus: Ita in hoc paradiso
terrestri satos flores quandoq; infantili, nonnunquam
juuvenili, veletiam senili atate concidere cernimus.
Mulierem bonam Salomon vocat domus gemmam,
at haecce uti aceto liquefcit: ita gemma nostra An-
na vi morbi, velut aceto fortissimo eliquata resolvi,
& primaria domus, febrilis caloris igne ac vehemē-
tia collabi cepit. Quod illa Spiritus Sancti gra-
tia presentiscens, & se ex fragili hocce diversorio e-
vocatansiri praevidens, viatico salvifico sanguinis
& corporis Christi se 7. Aprilis instruxit, lumbos
cinxit baculo verbi divini innitens, Ducem & co-
mitem suum individuum non gemebunda sed ova-
bunda secuta est, pharmacis omnibus corpus tantum
morbidum refocillantibus abjectis ad agni Paschalis
Epulum lactuca licet amara conditum se convertit,
eoq; non corpus, sed animam parvit, atq; ita Christo
suo, cui per baptismum inserta erat, denuò resociata
& unita in caelestem palestina[m] properavit. Agno-
vit enim in hoc rauidano theatro se non civem sed
cum Patriarcha Jacobo advenam peregrinam esse
2. Cor. 5. Ps. 39. v. 13. ad Phil. 3. v. 20. Heb. 13. In hac
peregrinatione nihil potuit pie desunta contingere
optatum, quam quod nata fuerit itineris comitem
Chri-

Christum, de morte triumphantē. Comes enim hicce
certe pro vehiculo, lux in tenebris, via in vita, veri-
tas in caritate, justitia & sanctimonia, uno verbo
dixerim omnia est & fuit. Hoc comite ANNA no-
stro ducta rectā in cœlestem Emauntem contendit.
Viam eo tendentem maritus quidem concionibus
sacris pie defuncta & alijs suæ curæ commissis ape-
ruit, sentes, rubos pravarum cupiditatum
removit, & in stadio hocce mundano militiam bo-
nam militando feliciter currit. Ast illa comitis
Christi beneficio præcurrit, & brabeion tulit. Quo
nomine letari magis quam lugere viduum mœstū,
& panaceam, quam in casibus similibus alijs propi-
nat, sibi applicare oportet. Mitigare nocerorem in-
star Nepenthes Homerici ex parte poterunt, &
quæ exulceratissimum hocce seculum circumstant,
miseria. Quocunq; enim hoc tempore oculos conuer-
tamus, sentinam veram & amurcam mundi in-
hanc ætatem confluisse advertimus. Undequaq; di-
reptiones, depopulationes animarum, & corporum
carnificina audiuntur. Sed omnibus hijce miseriis,
& inde resultantibus lamentis, finem paschalis tri-
umphus à Salvatore nostro de morte, peccato, & in-
ferno feliciter actus, imponit. Græcos legimus in sa-
crificiis anni versariis perpetua lege cavisse, ut luctus
minueretur & tamdiu differretur, quoad Cereris sa-
nora essent curata. Neq; enim funestam familiā neq;
homi-

homines funere pollutos aut in luctu & squalore po-
fitos sacra adolere passi sunt: Hisce diebus hostimen-
ta persolvimus non Cereri aliunde Deastro, sed Regi
Regum, Domino dominantium, ideò luctus indicia
hoc tempore sunt planè funesta. Accinendum potius
est piè defunctæ Regium illud melos: Surge prope
amica mea, hyems trāsīt, verus justitia sol exortus,
omnes tenebras dissipulit. Parce igitur marite lacry-
mis, & intra modum luge; quod ni feceris, facilius
uxori tuæ dolor iste te adjiciet, quam illā tibi redu-
cet. sed non adhibebo plura malagmata, utpote tibi
in sacris myrotheciis obvia. Ad cives Academicos
me convertō, eosq̄ casu hocce tam tristi quasi cōsau-
ciatos ad præstandam piis manibus gratiam paratos
esse, certò mihi persuadeo. Rogo itaq̄ omnes Acade-
micos, ut ad honestandas exsequias hodie h. media r.
in templo Mariano frequentes conveniant. Hoc ipso
præstabunt rem Deo gratam, & viduo inestissimo,
totiq̄ ad eò ministerio debitam: Siquidem ut mihi
hoc Gregorius de suo largiatur: Qui feliciter in al-
terius funere suum locat studium, in suo postmodum
experitur idem medium. Ite nunc igitur exsequias,
& ita suo quisq̄ loco vivite, ut decursa hujus vitæ
peregrinatione, tandem vos excipiat somnus cum re-
quie, requies cū securitate, securitas cū aternitate:
Ubi videbitis & habebitis Christum veritatis solem,
pacem veritatis prolem, cœlum veritatis gremium,
vitæq̄ benè actæ æviternum præmium. P. P. Rosto-
cbij ad d. 12. April. Anno 1626.

Christum, de morte triumphantē. Com-
cente pro vehiculo, lux in tenebris, via in
tas in caritate, justitia & sanctimonia
dixerim omnia est & fuit. Hoc comit-
stro ducta rectā in cœlestem Emaunter
Viam eo tendentem maritus quidem
sacris piē defuncta & alijs sua cura con-
ruit, sentes, rubos pravarum cu-
removit, & in stadio hocce mundano
nam militando feliciter currit. Ast
Christi beneficio præcurrit, & brabeion
nomine lxtari magis quam lugere vid-
& panaceam, quam in casibus similib-
nat, sibi applicare oportet. Mitigare
star Nepenthes Homerici ex parte p-
qua exulceratissimum hocce seculum
miserie. Quocunq; enim hoc tempore o-
tamus, sentinam veram & amurcam
hanc etatem confluisse advertimus. L-
reptiones, depopulationes animarum,
carnificina audiantur. Sed omnibus l-
& inde resultantibus lamentis, sinem
umphus à Salvatore nostro de morte, p-
ferno feliciter actus, imponit. Gracos
crificiis anni versariis perpetua lege ca-
minueretur & tamdiu differretur, quo
ora essent curata. Neq; enim sune stan-

